~~1349~~ 1350

Actum in Castro Premisliensi Sabbatho post Octavas Festi SSmi Corporis Christi Proxo Anno eiusdem Millesimo Sex-
12/VI centesimo Quadragesimo Nono.

Zawadzki Consorti Cedit

Comparens personaliter Coram officio et actis praesen. Castren. Capitanealibus Premislien. Generosus Joannes Zawadzki Corpore quidem aeger mente tamen Sanus existens A terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competen. recedens Praesenti officio Iurisdictioni Castren. Capitaneali Premislien. quoad actum hunc tantum attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporan. et Subijcien. Pallam publice libere ac percepto sic recognovit. Quia ipse Generosae Zuzannae consorti suae eiusque posteris bona sua propria generaliter omnia mobilia et immobilia haeredit. et obligatoria mobilia ac titulo quovis servien. ac ubicunque locorum iacen. tum Summas quasvis pecuniarias sibi revigore modoque quovis per quasvis personas inscriptas et tentas Necnon res Mobiles in universum omnes in auro argento clenodijs gemmis orichalco cupro vestimentis vestibus pecoribus pecudibus equitia ac in quavis alia forma et materia existen. Cum omni praemissorum iure dominio proprietate ac quavis competentia et titulo haered. perpetuitatis, cumque omnibus et singulis eorundem bonorum supra scriptorum Summarum ac rerum earumque Inscriptionum authenticarum et inauthenticarum recognitionum manualium quarumvis super praedicta bona mobilia et immobilia ac summas sese extenden. utilitatibus fructibus commodis proventibus redditibus obventionibus emolumentis conditionibus punctis clausulis articulis vadijs nexibus.

ligamentis in universum omnibus attinentiis et pertinentiis generaliter cunctis
nihil ratione praemissorum Juris dominii contextus tituli ac cuiusvis competentiae
et praerogativae sibi et suis successoribus aut alio cuipiam reservando
seu excipiendo realiter et de facto donat resignat et inscribit uti actu
ipso praesenti donavit resignavit et inscripsit perpetuo et in aevum irrevo
cabiliterque Nec non de quibusvis Juribus Inscriptionibus contractibus recogni
tionibus casuumque obligationibus super praemissa bona mobilia et immobilia
sese extendentibus cum quovis usufructu competentia et praerogativa eidem
Generosae Consorti suae eiusque posteris cessit et condescendit prout prae
sentibus cedit et condescendit Omneque et integrum Jus suum se ad
praemissa serviens in personam praefatae Magnificae Consortis suae eiusque posteris
transtulit transfudit et incorporavit prout praesentibus transfert trans
fundit et incorporat totaliter et plenarie In quae quidem bona su
prascripta mobilia et immobilia aliaque omnia modo praemisso per se reco
gnoscentem transfusa et abscessa idem recognoscens Memoratae Magnificae Con
sorti suae eiusque posteris Coram officio praesenti dat et admittit realem
Introductionem et actualem pacificamque possessionem per ministerialem quemvis
competentem et nobiles duos ad id praesentes deputatos quemlibet quos si
bi eligent die quacunque voluerint in fundo bonorum officiose accepturam
Per ipsam vero ipsam Consortem suam sive eius posteros habilem Jus
Census summas ac bona universa aliaque omnia per praesentes abscessa
cum omnibus et singulis utilitatibus fructibus proventibus redditibus
Commodis obventionibus attinentiisque et pertinentiis generaliter universis
ac beneficiis Juris quibusvis competentiaque et praerogativa quavis
tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice fruendi
ac ad usus suos quoscunque successorumque quovis beneplacitos libere
et effectualiter convertendi Juris originalis ea bona [illegible]
complectentem praesentisque certi et stabiliti vigore Salvo nihilominus
Summas tollendi levandi et percipiendi si non fuerint persolutae iure agendi

~~1341~~ ~~Ante~~ aestimationis ac usu fructu praedictorum bonorum summarum ac rerum
recognitarum sibi recogniti ad vitae suae tempora pleno in robore reservato

Actum in Castro Premysliensi Feria Tertia ipso die festi Sanctorum Vitti et Modesti Martyrum Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Nono.

15/VI

Kulczycka Kulczyckiemu obligat

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren. Capitaneal. Premislien. Nobilis Marussia olim Nobilis Hrynj Kulczycki filia Nobilis vero Demko Kulczycki Hornicz consors legitima cum eiusdem mariti sui uti tutoris coniugalis personali assistentia et ultroneo ad infrascripta recognita consensu, sana mente et corpore existens A terris districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competen. recedendo Juri vero Jurisdictioni Castren. Capitaneali Premislien. quo ad actum Inscriptionis praesentis tantum attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando et subijciendo Palam publice libere ac per expressum recognovit. Quia ipsa bona sua propria et haereditaria infrascripta nempe totas et integras sortes suas se recognoscen. post olim parentem suum concernen. dictas Zarzycze Item Hornica wuyostwu wzablociu polowiec Sanoliosu Item na Przezorowie Sianozecie in bonis villae Kulczyce terra et Districtu praesen. Premislien. assisten. Cum omni praemissorum iure dominio et proprietate ac quavis competentia et praerogativa quavis cumque omnibus et singulis eorundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus commodis obventionibus et emolumentis attinentijsque et pertinentijs in universum omnibus nullis